



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Thronus Dei Maria Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Varia Deiparæ Templa in Vrbe peculiari aliqua ratione celebria, num. 34.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

modum annos Deiparæ Conceptioni est consecratum, auctore Octavio Pancirola in suo thesauro de Urbis Ecclesiis, cum enim summum altare cum templo perpetuo diruendū, ac restituendum esset, in charta pergamena ibidem reperta verba hæc legebantur: *Anno Domini 1340 indictione 2. die vero Martis 8. Decembris tempore Domini Bonifacii Noni, anno suo sexto consecratum est hoc altare cum Ecclesia in honorem Conceptionis B. Mariae Virginis, hæc ibi.*

## S. MARIA IN TRIVIO,

32.  
S. Maria  
in Trivio  
templum à  
Belisario  
Iustiniani  
Duce ere-  
sum.  
Gregorius  
XIII.

**S.** Maria in Trivio à tribus præcipuis, quæ ille coeunt viis, unde etiam proximo aquæ Virginis celebratum quidem fonti nomen est inditum. Hoc templum dicitur etiam S. Maria in Synodo, ab aliqua fortasse synodo illuc antiquitus celebrata, tandem à Greg. XIII anno salutis 1575. sacro ordini Cruciferorum assignatum est, in ejus templi pariete memorabile fane visitur ex ilium in lapide monumentum pœnitentia ob admisum scelus peractæ à Belisario Iustiniani Duce, qui Persas in Oriente in Africa Vandulos, in Italia Goths prælio vicit, ac debellavit, nam cum in gratiam impie Théodora Augusta Iustiniani uxoris S. Sylvesterum Pontificem martyrio postea clarum, in exilium mississet; facti postmodum pœnituit, ideoque erigendam in Urbe Ecclesiam curavit, pro cuius foribus inscriptionem in lapide insculpere posuit: & licet Ecclesia illa à Baronio tom. 7. Annal. ad annum 516 existimet eversa à Gothis in odium Belisarii; lapis tamen ille in pariete hujus templi Cruciferorum asservatur cum inscriptione, quæ hujusmodi est:

*Hunc vir Patriatus Viliarius Vrbis amicus  
Ob culpe veniam condidit Ecclesiam:  
Hanc idcirco pedem sacram, qui ponis in adem  
Ut misereatur eum, sepe precare Deum.  
Janua haec est templi Domino defensa potenti.*

## S. MARIA IN AQVIRO.

S. Maria in  
Aquiero

**S.** Maria in Aquiro prope Circum Flaminium (ubi olim Isidis fanum) vel ut alii malunt, in Equirio, sic dicta est à ludis Equiriis, qui Equorum, & curruum cursu in campo Martio in honorem Martis à Romulo instituti die decimo tertio Martii exercebantur. & illuc

transibant, de quibus Ovidius libro tertio Fa-  
storum;

*Altera gramineo spectat'is Equiria Campo  
Quem Tyberis curvis in lacus urget aquis.*

Hoc templum Deiparæ in Equirio ab Anatasio Papa, teste Lucio Fanno l. 4.c. 21. fundatum inter antiquas Cardinalium Diaconias connumeratur. Eademque templo attributum est. Collegium Orphanorum, quorum domus cō- filio, & industria B. Ignatii Societatis Jesu fundatoris in urbe erēcta est, teste Petro Ribadeira lib. 3. vitæ B. Ignatii, c. 9. ne videlicet parentum præsidio, omniq; humana ope destituti atq; erabundi pueruli in aliquod animæ, corporisve discrimen adducantur.

## S. MARIA SCALA COELI.

33. **S.** Maria Scala cœli ad aquas Salvi aster. **S.** Maria ab Urbe lapide ad collem parvum, Scala cœli ubi est exiguis fons, qui Guttæ jugiter templum manans vocatur, prope sanctorum martyrum ad aquas Vincentii, & Anastasi templum, ac prope Salviatis fontes, ubi sanctus Paulus Apostolus pro Christo capite est cæsus, sub hoc Oratorio Scala cœli, quod figura rotunda curas Patrum Ordinis Cisterciensium sancti Bernardi est de mandatum, corpora sanctorum martyrum Ze- **S.** Zenon nonis, ac decem milium ducentorum & trium cum iis 25. requiescant, & per fenestram conspicuntur, sacerdotum qui ad Thermas Dioceletianas exiuentes pro martyrum fidei confessione, ut supra diximus, damnati erant In hac adicula (inquit Onophrius de septem ecclesiis) **S.** Sanctus Bernardus, dum in Urbe **Vita Divi Bernini** moraretur, sacra pro defunctis celebrabat. Qui bue dum aliquando operari in mentis extrema templo Scala raptus, calam vidisse fertur, quæ o Purga- toris ignis penitentia. ejus suffragia liberata in calum ab Angelis deducetur. Hinc sara illi aeterna Scala cœli nomen inditum, haec Onophrius.

VARIA DEIPARÆ TEMPLA  
in Urbe peculiari aliqua ratione  
celebria.

34. **S.** Maria Angelorum, ut vocant in Pan- **S. Maria in**  
tano, qui quidem locus dicitur etiam Angel-  
Macellum martyrum (ut videre licet in in- **templo**  
seri-

*lumin  
Paniana.*

*S. Maria  
Imperatrix*

*S. Maria in  
monte A-  
ventino*

*S. Maria  
Purifica-  
tionis in  
Exequiis.*

*S. Maria ad  
campum  
Marium*

*templum*

*reliquias*

*ss. mirifice*

*in signis*

*Deipara i-*

*mago à S.*

*Luca depi-*

*da mirifi-*

*ceas incé-*

*dio serva-*

*ta.*

*S. Maria in  
Campo S.  
in Valle  
Vaticani.*

scriptione ad templi fores posita) propter martyrum stragem illic aliquando editam.

S. Maria Imperatrix prope Hospitalē S. Joannis Lateranensis in hac aedicula imago est Deipara, quæ sanctum Gregorium dicitur a locuta.

Sancta Maria in monte Aventino, ubi olim templum Bonæ Deæ, hæc Deipara Ecclesia, auctore Onuphrio de septem Ecclesiis, quondam recensebatur inter viginti illas Urbis Abbatias, in qua, inquit idem Onuphrius, est de corpore sancti Sabini Episcopi, nunc prioratus est militum Jerosolymitanorum.

Sancta Maria Purificationis in Exquiliis, ubi cenobium est monialium sancti Francisci, anno 1600. fundatum; olim, auctore Onuphrio, una erat ex viginti illis Abbatia Urbis, & dicebatur S. Maria in monasterio juxta sanctum Petrum ad vincula.

Sancta Maria ad Campum Martium, qui à Marte, cui olim datus erat, nomen duxit. Huic templo cenobium est adjunctum monialium Ordinis sancti Benedicti, quæ ante 600. annos ex Græcia cum multis Sanctorum reliquis venientes, quod earum Cameliteliq[ue]ias deferentes ad hoc Deiparae templum constituerent, nec progredi possent, hoc in loco sedem posuerunt. Inter alia vero, quæ secum attulerant, erat imago Deiparae à sancto Luca depicta, quæ aliquando post trabis proximæ incendium inventa est ad quendam puteum a lignæ intacta, & in aëte suspensa: deculerant etiam corpus sancti Quirini martyris, corpus item sancti Gregorii Nazianzeni Doctoris præclarissimi, quod in hoc templo, ut est in martyrologio die undecimo Junii diu aservatum, Gregorius decimus tertius Pontifex in capellam à se in basilica sancti Petri magnificissime exornatam summae celebritate, tristitia, ac post die sub altari d[omi]no honore condidit, brachio ejusdem sancti morialibus recto.

Sancta Maria in Campo sancto in valle Vaticani, ubi olim erat Hippodromus prope basilicam sancti Petri, hoc templo non men traxit à terra sancta ex Jerosolymis à sancta Helena, seu à variis peregrinis illud delata, quare ibi celebre est cœmeterium in sepulturam peregrinorum, ad hoc cœmeterium Leo Quartus Pontifex Templum adject Salvatori dicatum, quod postea a Deipara Concepta est appellatum, & Germanorum

sodalitati est commendatum; ibide metiam summo Pontifice dodecimp[er] pauperibus eisbus subministratur, aliaque Christianæ pietatis munera in pauperes exercentur.

S. Maria à Pace, hoc templum antiquitus S. Maria à sancto Andreæ erat dicatum, postea anno 1475 Pace, à Sixto Quarto sub nomine Deipara à Pace ad pacem populo Christiano Deipara opera imperandam restitutum religiosissimis Canonici Regularibus S. Salvatoris Lateranensis est assignatum.

S. Maria ad Monticulum, vulgo in Monti celli, à Patchali II. annum circiter 1120. consecrata, ibique in die Nativitatis Virginis festum solemniter peragitur; in codem templo corpora S. Nymphæ virginis, & sancti Marcelli Episcopi afferuntur.

S. Maria Lauretana in Urbe prope columnam Trajanam, hæc Deipara ædes a celebra Laurentana, rima domo à Lauretana in Piceno, de qua supra egimus, nomen est mutuata.

S. Maria à Quercu in Regione, quam vocant à Regula, hæc ædes ab insigni Viterbiensi Quercu. Deiparae templo à Quercu miraculis illustri nomen accepit.

S. Maria Mostis ferrati nationis Aragonicæ à celeberrimo Deiparae templo in Monte serrato Hispanie sic dicta Hoc templum Urbano serrati. VI. Pontifice anno salutis 1381. a fundamentis extructum Purificatione Deiparae est dicatum: quo in templo, ut est apud Petrum Riba-dencianam in vita beati Ignatii libro secundo, capite decimo tercio, idem beatus Ignatius Societas Iesu Fundator magnis cum animarum fractu Hispanico sermone aliquando est concionatus.

S. Maria de anima nationis Germanicæ. Hoc S. Maria Templum à Germanis inchoatum Adrianus de Anima VI. perfecit.

S. Maria à Constantinopoli nationis Siculorum, ejus festum soleme celebratur feria 3. Constanti-Pentecostes, de hoc plura nos supra, cum de nopolis, hoc festo agemus.

S. Maria purificationis nationis Lothariniae in ea Urbis parte sita, quam vulgo in Banci vocant.

(\*\*\*)

Qqqq

Alius